VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 92r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



soror mea sponsa. Pulchriora ubera
tua uino. ⁊ odor ungentorum tuorum su
per omnia aromata. Fauus distil
lans labia tua sponsa. mel ⁊ lac sub
lingua tua. et odor uestimentorum tu
orum sicut odor thuris. Hortus conclu
sus soror mea sponsa. hortus conclusus
fons signatus. Emissiones tue para
dysus malorum punicorum. cum pomorum
fructibus. cypri cum nardo. nardus et
crocus. fistula ⁊ cynamomum. cum uni
uersis lignis lybani. mirra ⁊ aloe. cum
omnibus primis ungentis. fons horto
rum. puteus aquarum uiuencium. que
fluunt impetu de lybano. xpc ꝯuocat gentes
Surge aquilo. et ueni auster. perfla
hortum meum. ⁊ fluent aromata illi.
V. Veniat dilectus meus in Ecclia de xpo dic.
hortum suum. et comedat fructus pomo
rum suorum. xpc di. Veni in hortum meum
soror mea sponsa. messui myrram meam
cum aromatibus meis. comedi fauum cum
melle meo. bibi uinum meum cum lacte
meo. xpc ad ap. Comedite amici et
bibite. ⁊ inebriamini karissimi. Ego
dormio ⁊ cor meum uigilat. Ecclia dic.
Vox dilecti mei pulsantis. Apri mihi
soror mea. amica mea. columba mea.
immaculata mea. quia caput meum ple
num est rore. et cincinni mei guttis
noctium. Expoliaui me tunica mea.
quomodo induar illa. Laui pedes
meos. quomodo inquinabo illos. Vox ecclie de xpo.
Dilectus meus misit manum suam per
foramen. ⁊ uenter meus intremuit
ad tactum eius. Surrexi ut aperirem dilecto
meo. Manus meae stillauerunt mirram.
digiti mei pleni myrra probatissima.
Pessulum ostii mei aperui dilecto meo.
at ille declinauerat atque transierat.
Anima mea liquefacta est. ut locutus est.
Quesiui ⁊ non inueni illum. uocaui. et non
respondit mihi. Inuenerunt me custodes
qui circueunt ciuitatem. percusserunt me
⁊ uulnerauerunt me. tulerunt pallium meum mihi
custodes murorum. Adiuro uos filie ihe
rusalem. si inueneritis dilectum meum.

ut nuncietis ei quia amore langueo.
Qualis est dilectus tuus ex. Vox synagoge.
dilecto o pulcherrima mulierum. Qua
lis est dilectus ex dilecto. quia sic adiu
rasti nos. Vox ecclie de xpo. Dilectus meus can
didus ⁊ rubicundus. electus ex milibus.
Caput eius aurum optimum. come eius elate
palmarum. nigre quasi coruus. Oculi eius
sicut columbe super riuulos aquarum.
que lacte sunt lote. ⁊ resident iuxta fluen
ta plenissima. Venter eius buxis eburnea.
super lapidem saphyrum. Gene illius sicut
areole aromatum. consite a pigmentariis.
Labia eius lilia distillancia mirram primam.
Manus eius tornatiles auree. plene ia
cinctis. Venter eius eburneus distinctus
saphyris. Crura illius columpne marmo
ree. que fundate sunt super bases aureas.
Species eius ut lybani. electus ut cedri.
Guttur illius suauissimum. ⁊ totus desidera
bilis. Talis est dilectus meus. ⁊ iste est ami
cus meus filie ihrlm. Vox synagoge ad ecclam.
Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima. vi.
mulierum. Quo declinauit dilectus tuus.
et queremus eum tecum. Vox ec. Dilectus
meus descendit in hortum suum. ad areo
lam aromatis. ut pascatur in hortis. et
lilia colligat. Ego dilecto meo. ⁊ dilectus
meus mihi. qui pascitur inter lilia. Vox xpi ad
Pulchra es amica mea. suauis ecclam.
⁊ decora. sicut ihrlm. terribilis ut ca
strorum acies ordinata. Auerte oculos
tuos a me. quia ipsi me auolare fecerunt.
Capilli tui sicut grex caprarum. que appa
ruerunt de galaad. Dentes tui sicut
grex ouium. que ascenderunt de lauacro.
omnes gemellis fetibus. ⁊ sterilis non est
in eis. Sicut cortex mali punici. sic
gene tue absque ocultis tuis. Sexagin
ta sunt regine. ⁊ octoginta concubine. ⁊
adolescentularum non est numerus. Vna est
columba mea. perfecta mea. una est
matri sue. electa genitrici sue. Viderunt
illam filie. ⁊ beatissimam predicauerunt. re
gine ⁊ concubine ⁊ laudauerunt eam.
Que est ista que progreditur quasi au
rora consurgens. pulchra ut luna. electa

VI.